

DE VSVRA, APPENDIX
ad Psalmum XV.



Sque adeo inter cætera præsentis seculi mala vsuræ quoque pestis excreuit, & ad vltionem diuinam maturuit, vt planè frustraneum arbitrer, quicquam in illâ dicere, quantumuis id magno serio, singularique studio fiat. Ipsa siquidem experientia cognouimus, malum hoc tum demum maiores accepisse vires, cum nostra ætate piorum ac doctorum virorum concionibus ac scriptis palàm traduci reprehendique cœpit, vt ferè instar cancri morbi post adhibitam sectionem exitiosius, quàm antea excreuentis, post iustam ac cõdignam reprehensionem immedicabile & omnino exitiosum sit factum. Quare non immeritò inanem operam subire, ac laterem, vt prouerbio dicitur, lauare videri possem, nisi vinculo promissionis constringerer, & literis fratrum vrgerer. Itaque vt aliqua saltem ratione fidem promissi seruem, ac fratrum voluntati obsequendum, hætenus de *Vsura* dicam, quatenus pijs hominibus, & hoc pestilenti morbo nondum deploratè occupatis conducere poterit. Scio quando, & à quibus, de *Vsura*, sit nõ in Germania modò, sed & exterarum nationum scholis disceptatum: verum scholasticas decisiones non minus intricatas, quàm sit perplexum ipsius auaritiæ ingenium, haud attingam: sed simpliciter quæ dicenda videbantur, in medium absque vlla spinosa disceptatione proferam. Dicam autem primo loco, *Quid sit vsura*. Deinde vt videatur, *an sit licita Christianis*, conferam illam cum doctrina Christi, ac Christianæ religionis professione.

Vsura quid sit.

Ne quisquam me ex illis qui vsuræ patrocinantur in ius vocet, definitionem vsuræ adferam, quæ non sit de meo excogitata, sed ante aliquot secula ab illis prolata, quorum pietas in Ecclesia Christi plus est authoritatis consequuta, quàm vt à fœneratoribus aut illorum patronis conuelli queat. Hier. supra Ezech. lib. 6 sic scribit: Putant quidam vsuras tantum esse in pecunia, quod præuidens diuina Scriptura, omnis rei aufert superabundantiam, vt plus non recipias, quàm dedisti. Item alij pro pecunia fœnerata solent *munuscula diuersi generis accipere*: & non intelligunt, Scripturam vsuram appellare & superabundantiam, quicquid id sit, quod ab eo quod dederunt plus receperint. Hæc ille. Ambrosius de Nabuthe: Plerique, inquit, refugientes præcepta legis, cum dederunt pecuniam negociatoribus, non in pecunia vsuras exigunt, sed de mercibus eorum tanquam vsurarum emolumenta percipiunt. Ideo audiatur quid lex dicat: Neque, inquit, vsuram escarum accipies, neque omnium aliarum rerum. Igitur *esca vsura est: & vestis, vsura est. & quicquid accedit sorti, vsura est* & quod velis nomen ei imponas, vsura est. Hæc Ambrosius. Augustinus super Psalmum 36, vsuram definit & ipse ad hunc modum: Si fœneraueris homini: id est, mutuum pecuniam tuam dederis, à quo aliquid plus quàm dedisti expectes accipere, non pecunia solum, sed aliquid plus quàm dedisti, siue illud triticum sit, siue vinum, siue oleum, siue quodlibet aliud, si plus quàm dedisti expectes accipere, fœnerator es, & in hoc improbandus. Hæc ille. Ergo secundum istorum sententiam, vsura est, non solum accipere, sed & sperare & expectare aliquid ultra sortem, vt vocat: hoc est, ultra id quod datum est, quocumque tandem illud nomine pallietur. Neque enim nominis mutatio permanentis vitij malitiam tollit. Et Ezech. 18 satis liquet, *vsuram esse, quod ultra sortem accipitur*, cum dicit Propheta: Ad vsuram non dedit, & superabundantiam non acceperit. Nam vt rectè D. Kimhi exponit, quid sit ad vsuram dare, per sequentem particulam exponitur, cum additur: *Et superabundantiam non acceperit*. Sic & Leuit. 25 legitur: Non accipies ab eo vsuram & superabundantiam, sed timoribus Deum tuum. Argentum tuum non dabis illi ad vsuram, & cibum tuum non dabis, vt recipias superabundantiam. Leges etiam Cæsareæ in Codice de Vsuris consimili modo vocant vsuram, quod *ultra sortem accipitur*: permittunt tamen vsum illius certo modo, de quo postea dicemus. Dicta est autem vsura Latinis, quod pro vsu pecuniæ quasi quædam compensatio accipiatur, quo aliquid emolumentum ad fœneratorem redeat. Græci vocant eam *τόνον* tanquam quendam sortis pecuniariæ partem. Ebr. dicitur *רשע* à mordendo, eò quod postremo mordeat eum qui fœnus persoluit. Hætenus de eo dictum sit, quid sit vsura.

An sit vsura licita?

Quærimus hinc non de vsura vsurarum, qua vtuntur Iudæi, de qua nemo hæsitat esse eam illicitam ac detestabilem, nec vllò modo ferendam: sed de simplici vsura, qua plus accipitur, quàm datum est, siue id multum sit, siue parum: siue committatur in pecunia, siue in rebus alijs. Nam hanc aliqui putant esse non illicitam in se, nisi per circumstantias illicitas fiat illicita. Non eo inficias, posse inueniri vsuræ genus, quod sit non solum non illicitum, sed & utile: qualis est vsura, quam vocant *Erd wucher*: id est, *vsura telluris* per quam multo plus recipitur, quàm fuerat telluri seminando concreditum. Hanc vsuram reddit ille, qui omnibus dat omnia, & tamè non habet inde minus. Datur illa vsura sic, vt nihil noceat danti, & plurimum emolumentum adferat accipienti: tamque absit, vt auaritiæ damnari possit, vt magis propter insignem benevolentiam & præclarum beneficium summo opere sit de prædicanda. Ecce tibi vsuram licitam, vtilem & diuinam, per quam Abraham & Isaac diuites euaserunt. Per hanc aliquando trigecuplum, aliquando sexagecuplum, nonnunquam & centuplum sine peccato & datur à Deo, & recipitur ab homine. Huic vsuræ olim maiores nostri studiosissime incubuerunt, quæ iam & vilis habetur, & pecuniariæ damnatæque vsuræ cedere cogitur. Est & alia quædam vsura per quam sine peccato centum pro vno licet recipere. Hanc Christus ipse fidelibus suis tanquam fideiussor loco Patris sui pollicetur, dicens: Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum,

DE
men meum, centup
luz genus, ad quod
ad celestes opes tar
Hæc vsuræ exem
niam etiam plus re
conuict, & de qua in
ipse maximus omni
Qui defendunt con
licitam asserant. A
etiam, & media cer
vel non sit vsura
tate coactum, non
quod textus legis i
præsentibus, vltra qu
ciantatem, vt nul
tum indicauit, vt p
aliquid in lius vi
vt magis testetur r
uaritiam: vsque ad
dam lex repudij a
non esset nis læf
coram Deo re
non fuit sic & Pa
ad primordia con
Christianæ religi
qua de re videre
Christianos, quib
quæsiunt. Sic e
non solum pecun
habet locum vll
das ponatur. Q
patrocinetur, se
B
cuniam accipere
des) per insur
Imperatorem de
proximi refrig
partim interno
quæ Deo displic
ges civiles non
inde tamen non
tur. Non prohib
cupiscentiam, at
tribuit, quod es
excusatur in cor
omnia ea, quæ a
Dei & proximi
ex vnde tamen
bus legibus dar
illicita & per ve
quæ peiora sunt
Non puniant se
nec irritum rec
autem & ad
tiones, quæ v
tur: sed confide
virtutes coram
& modum hui
nam nostrorum
negent.
Quoniam c
ideoque præ
questione hab
Dei audiamus
ipse Domin